



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXII. Romana primogenituræ de Costa. An pater reportare possit à  
filio translativam cessionem legitimæ in ejus bonis, adeò ut dici valeat sui  
ipsius, ejusque hæreditatis creditor cum jure ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

quae ipsis filiis praesentibus, & acceptantibus assignata esse voluit pro satisfactione doris maternæ ac legitimæ, & cuiuscumque portionis de jure debitæ ac generaliter pro omni, & toto &c, cum assertione per recipientes facta, quod bona sic assignata longe excederent valorem dictæ doris maternæ, ac legitimæ, & quarumcumque prætensionum; Etiamen lege, & conditione expressè adjectis, & acceptatis, ut omnia supradicta bona subjaceret deberent quibuscumque substitutionibus, & fideicommissis per ipsum Alexandrum in testamento jam condito ordinatis, vel alias de novo ordinandis.

Cum autem ex Paulo fuisse superstes Jacobus, atque per istius mortem sive filiis, scripto herede Monasterio Convertiarum, apertum esset fideicommissum a dicto Alexandro ordinatum ad favorem filiorum, seu descendantium dicti Julii Caesaris; Hinc orta est controversia, an dicto fideicommisso non obstante, Monasterio prædicto competenter libera detractiones dorum maternarum, ac legitimæ, & trebellianicæ; Atque super hoc pro veritate consultus.

Respondi, quod quando fideicommissum dispositivè, non autem relativè ordinatum esset in ipso assignationis contractu, per filios in omnibus acceptato, tunc pro non competency detractionum probabilius respondendum veniret, ex iis, quæ per bona <sup>2</sup> fundamenta in specie probat Peregr. cons. 40. num. 9. cum sequ. lib. 1. à quo totum mutuasse videtur ( tacito auctore ) Mangil. de imput. quaest. 115. num. 51. cum sequen. Idque facilius, tante dictâ circumstantia, quod bona assignata longe excedebant dictarum detractionum valorem, cum tunc duplex concurredat commodum vinculi, seu oneris compensativi; Primo scilicet obtinendo plusquam eorum iura importarent; Et secundo in præventione, obtinendo in vita id, quod sperare non poterant nisi post mortem patris, cui præmori poterant, ideoque magis eis expediret tales detractiones ita vinculatas obtinere, quam eas liberas post dictum futurum incertum eventum expectare, ut observant Molina de primogenitura lib. 2. cap. 3. num. 9. & 36. Hodie. apud. Surd. deis 312. num. 44 & sequen. Merlin. lib. 2. controv. 34. num. 3. & habetur deducendum in Romana donationis de Iordanis, seb. tit. de donat. disc. 1. & in decisio- nibus in ea causa editis.

Clarissima quia ipse filius, cui assignatio prædicta facta fuit, vivens nunquam conqueritus est, neq; contrarium animum declaravit, expressè, vel etiam tacite, quia nempè ageretur de substituendis alienationibus per ipsum factis in hujusmodi detractiones referendis, vel debitis contractis, sed quæstio erat cum herede contendente de causa lucrativa, & in quem satis de jure dubitatur an transeat facultas rejiciendi hujusmodi onus, ut habetur alibi hoc eod. ist. Unde propterea cali casu, quod scilicet fideicommissum dispositivum in ipso disponendi actu ordinatum esset, planum videbatur, ut dictæ detractiones quoque comprehendenderentur, proindeque illarum separatio non competenter.

Verum quia fideicommissum ordinatum erat in testamento jam condito, atque tenor assignationis ostendebat, quod pater noluerat, siquid addere dispositis in testamento, sed solum sollicitus fuit in bonis assignatis exprimi, ac respectivè acceptari onus fideicommissi in testamento jam condito adiectum, vel in alio faciendo adjicendum; Hinc primum contrarium probilius respondendum censui, cum dicta assignatio esset simpliciter relativa, nullam in hoc continens novam dispositionem, per quam alterari voluerit id, quod ex testamento ordi-

nato, vel ordinando de jure restituendum veniret.

Reservatio etenim in dicto instrumento assignationis facta, aliud in effectu non videbatur contine, nisi providam cautelam, ne alias filii prætendentes posset, ut bona per contradicendum translatum dominii ex tunc eis quæstia, non caderent sub testamento ordinato, vel ordinando, utpote capiente bona per defunctum possessa detempore mortis, iuxta casum, de quo in his præcisissimis terminis Rovai. Rhegien. bonorum. 23. Februario 1646. & 23. Janua- rii 1647. coram Corrado, quarum prima est impref. decisi. 387. par. 9. rec. & decisi. 110. post Merlin. de legi- tima; Expressio autem satisfactionis pro doto materni & legitimæ, pariter fuit cautela, quatenus debatin idem, ne scilicet, ultra dicta bona assignata, possent filii ex aliis prætendere dictas detractiones, ut iuridice potuissent, dum bona validè ac per se filii donata, non imputantur, ut in specie abvertitur in proximè suprà allegatis decisionibus, de quo his inconvenientibus pater ita occurrerunt voluit, non autem quod habuerit animum dispo- nendi de bonis, ac iuribus propriis ipsorum filiorum, eaque fideicommissio supponere; Neque habitar obserbavam dictas contrarias autoritatem, cum illæ percutiant priorem casum suprà distincti, ubi scilicet fideicommissum, tunc in ipsomet donationis, seu assignationis instrumento ordinatum est, adeo ut dispositivè ibi pater loquitus esset, se- cùs autem ubi relativè atque ad dictos alios fines, scilicet cautelas.

## ROMANA PRIMOGENITURÆ DE COSTA.

PRO  
PHILIPPO COSTA  
CUM  
OCTAVIO FRATRE

Gafius disputatus coram A. C. pendet in Rota.

An pater reportare possit à filio translati- vam cessionem legitimæ in ejus bonis, ita ut dici valeat sui ipsius, ejusque hereditatis creditor cum jure fructuum, aliquip effectibus.

SVMMARIVM.

- 1 Fatti series.
- 2 De cessione legitime, quam filius faciat ip-  
mei patri viventi.
- 3 Cessio facta per debitorem creditoris, resolvitur  
quietantiam.
- 4 De causa, in quo cessio legitima facta ipsime patri,  
subsistat favore teriti, in quem pater dispossit.

DISC. XXII.

J Uxta seriem, de qua in hac eadem causa subtit. de servitutibus ad materiam ususfructus dispositi, in controversia habita inter Octavium, & Philip- pum fratres de Costa, ex diversis titulis succello- res Octavii Costa senioris eorum avi, commis- sa causa per Signatram gratia A.C. cum voto duorum Locutientium; Inter plures punctos fuit iste, an Octavius junior dicti Octavii senioris dona- tarius, ex ejus persona, ac iuribus detrahere posse,

ab eisdem Octavii senioris hæreditate legitimam debitam Joanni Antonio Colta filio, qui ipsi patrivenient ejus legitimæ portionem cesserat; Atque per dictos Judices ea de cœta fuit unâ cum fructibus, perinde, ac si ipse fœtus eam peteret, vel ejus nomine quilibet tertius cessionarius, commissarius appellatio causa in Rota, ea penderet indecisis concordia omnibus controversiis finem decerit.

2 Super hoc autem puncto, an scilicet pater reportare possit à filio contra seipsum, ejusque hæreditatem, translativam cessionem legitimam, ita & taliter, quod ejus naturam retineat, tam pro curso fructuum, quam pro aliis effectibus; Quantum occasione dicta disputationis coram A. C. &

in Signatura hinc inde deducendum fuit, non habetur specialiter per DD. tractatum; Siquidem quæstio tractata per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 3. quæst. 4. percutere videtur defensum potestatis cedendi, ob difficultatem, quod ageretur de dedicendo in contrarium successionem viventis cum præsupposito, quod ageretur potius de cessione extinctiva, ideo non descenditur ad istos terminos, an idem pater sit capax cessionis translativæ, contra seipsum ejusque hæreditatem, adeo ut tanquam tertius cessionarius possit de illa ad alterius favorem disponere.

Procedendo igitur cum regulis, ac principiis generalibus, videbatur probabilior negativa, ex eo quod aetio, & passio esse non possint in eodem subiecto, neque unus & idem (cessante titulorum, seu negotioru diversitate) esse potest sui ipsius debitor, & creditor, unde propterea receptum, ut cessiones per debitorem à creditore reportata, vera cessiones dici non possint, sed potius vim quietantia, & liberacionis habeant Peregr. de fideicom. art. 12. n. 32. & 34. Rota decis. 416. num. 3. par. 2. rec. Gregor. & Adan. decis. 68. & 75. Eatenus etenim hujusmodi cessiones, qua reportantur à creditoriibus satisfactis ex pretio bonorum debitoris, substituentur tanquam cessiones iurum translativæ, quatenus, ex precedenti conventione concernant favorem emporis, vel alterius, de cuius pecunia solutio fiat.

Conventio autem inter patrem, & filium, super legitimam, de qua agitur in l. si quando §. illud C. de moff. testam. & de qua post alios Merlin d. lib. 3. tit. 3. q. 4. percutere videtur potius præventivam solutionem, seu liberationem, non autem donationem, ac formalem cessionem translativam.

In contrarium (quavis pro altera parte scribentes nil relevans deducerent) ponderabam quod hæc difficultas cadere posset, quatenus pater, qui hujusmodi cessionem reportavit, alias non disponeret, cum tunc incompatibile sit, ut hujusmodi cessionis remaneat in hæreditate penes eumdem hæredem universalem, ob incompatibilem consummationis, & passionis in eodem subiecto; Seis autem ubi moriens de hoc jure disponat ad favorem alterius, quam hæredis, cum tunc, non quidem ex jure cesso, sed jure legati, nil prohibere videatur, ut in eum, in quem ita dispositum sit, omnia iura legitimæ ita cessa transfire possint, perinde acsi testator dixisset, quod illa bonorum quota, quam ex legis necessitate relinquere tenebatur filio, nullius per cessionem suo juri renunciaret, atque se de medio non substitueret, censeretur alteri jure legare relicta, cum iuribus, ac prærogativis legitimæ, illa præfertum fructuum, super quibus erat principalis quæstio.

Potissimum quia circa dictam inspectionem fru-

ctum, id verè dici non potest privilegium legitimæ, quoniam potius est sequela, seu effectus dominii illius quota bonorum, perinde ac si tertius, in quem dispositum est, in ea quota institutus esset; Ideoque in iis quæ respiciunt punctum juris (reflexando ad veritatem) habebam difficultatem contra hanc partem, pro qua scribebam; Gravamen autem adeste videbatur ob circumstantias facti, ex quibus confite videbatur, quod hujusmodi cessio fuisset potius in compensationem ejus, quod dictus Joannes Antonius ratione administrationis negotii, & ex aliis causis patri debebat, & consequenter quod esset quietantia, vel solidatio debiti, & crediti, unde propterea non intrarent termini cessionis translativæ.

## ROMANA LEGITIMÆ DE ASTE.

PRO

MAURITIO DE ASTE

Discursus pro veritate in congressu.

An in legitimam filii imputari debeant debita per eum contracta per patrem de superiorum mandato soluta, quoties debita praedita sint nulliter contracta, vel sint exceptione elidibilia.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**ausa controversie.  
In dubio cessante titulo donationis, pro imputatione.
- 2 Debita filii per patrem soluta imputantur, & de ratione.
- 3 Principiū preceps dicuntur præcepta.
- 4 Declaratus conclusio, de qua num. 3.
- 5 De Statuto Vrbis 152. super contractibus, & debitis filiorum familiæ.
- 6 Pater, etiam ex intervalllo an posuit approbare.
- 7 Ratificatio actus nulli operatur, ut nunc, & non retrotrahitur.
- 8 Solvens alteri quam vero creditori de mandato indicis, vel superioris quando liberetur.

## D I S C . XXIII.

**P**raesupposita facti serie, de qua in hac eadem causa, inter easdem partes sub tit. de fensis die 19. ubi de puncto, an primogenitus, cui ex lege investitura desertus feudum novum, teneatur illud vel ejus premium in legitimam imputare; Cum hæredes Joannis Baptista patris, prætenderent ut à Carolo filio primogenito imputanda essent sc. 30. m. per dictum patrem erogata in extinctione æris alieni per eundem Carolum contracti, super hac imputatione prius, quam super alia feudi introducta fuit causa coram A. C. seu uno ex eius locumtenentibus quo experte votum Rota, in ista coram Dunazetto disputatus fuit articulus, atque sub die 22. Junii 1640. prodit resolutio pro imputatione, ut constat ex decisione, quæ habetur impressa apud modern. Merlin de legitima dec. 158. confirmata 10. Februario 1642. coram eodem, licet haec secunda parum vel forte nihil agat de articulis juris tractatis in præcedenti, sed solum de quodam chirigrapho Pontificio, adeo ut dicta secunda disputatione in facto potius, quam in jure principaliter consideret, & utraque decisio habetur impressa inter illas Dunazetto. 584. & 649.

Reso-

De LUCA  
de  
flamentis  
etc  
GVI  
g